

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Friedrich Wilhelm Dresde

Comparatus Joelis de effusione Spiritus Sancti vaticinium cum Petrina ejusd. vaticinii interpretatione

Spec. 1

Vitebergae: Dürrius, [1782]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823893901>

Band (Druck) Freier  Zugang 




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn823893901/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823893901/phys_0001)

DFG

Fc-1419. 1-12





20 P

COMPARATVR
IOELIS DE EFFVSIONE SPIRITVS
SANCTI VATICINIVM
CVM PETRINA EIVSDEM VATICINII
INTERPRETATIONE

S P E C I M E N P R I M U M

P R O G R A M M A

I P S I S

S A C R I S P E N T E C O S T A L I B V S

A N. M D C C L X X X I I

P R O P O S I T U M

A V C T O R E

F R I D E R I C O G V I A E L M O D R E S D I O


S S. T H E O L. D. E T P. P. O R D I N I S S V I H. T,

D E C A N O.

V I T E B E R G A E

L I T E R I S C A R O L I C H R I S T I A N I D Ü R R I L.

Sc-14/92^a



COMPARATVR
IOELIS DE EFFUSIONE SPIRITVS SANCTI
VATICINIVM
CVM PETRINA EIVSDEM VATICINII
INTERPRETATIONE.

S P E C. I.

Quo ex tempore doctores christiani cooperunt doctrinae Iesu Christi et Apostolorum non habere fidem simplicem, sed in caussas quoque singulorum dogmatum, quae credenda essent, inquirere, ut eorum probabilitatem et praestantiam cum ipsis perspicerent, tum persuaderent quoque aliis, aut saltem ab obuiis difficultatibus et aduersariorum in primis non iniustis semper aut ini quis obiectionibus vindicarent et opprobriis; in tanta animorum, ingeniorum, studiorum, et eruditionis diuersitate, non mirum est, eis idem accidisse, quod philosophis et rerum naturalium rimatoribus passim evenisse nouimus. Etenim ut hos satis constat, primo quidem in explicandis rerum caussis in varias diuersissimasque discessisse sententias, deinde vero multarum rerum, quarum indolem controuersam et plenam dissensionis inter doctos animaduerterent, veritatem in dubium vocasse, donec tandem existerent, qui negarent adeo, Deum animamue, aut quicquam aliud reuera esse, quod nullo modo siue sensibus percipi, siue intellectu comprehendi possit; ita et eandem iudicandi diuersitatem doctrina Euangelii non arcana tantum, verum etiam apertior, et praesertim quoque ea, quae de vero sensu veterum vaticiniorum et usu exponit, experta est. Nec negamus, docente ipsa re et omnium temporum historia, multa Testamenti Veteris vaticinia, in se spectata, ita comparata esse, ut, per leges

A 2



ges grammaticas et historiam, multiplicem explicationem admittere videantur, nec, nisi *authentica* h. e. ipsius Dei *interpretatio* accedat, eique, vt par est, fides habeatur, de vero eorum sensu ullo modo inter homines constare posse. Talis autem interpretatio, cum de praecipuis iisdemque obscurioribus fere omnibus vatum veterum diuinis praedictionibus doctoribus christianis tradita sit tam certo, quam certum est, verissimos fuisse Dominum nostrum et eius Apostolos, vt vniuersae ad homines diuinae voluntatis, ita et Veteris Testamenti, cui illa superstructa fuit, interpretes, idque ipsum a probis christianis omnibus in praecipuis doctrinae euangelicae beneficiis merito referendum esse; lubens fateor, me non videre, cur tot, nostris potissimum temporibus, christiani interpretes priscam malint fidei infantiam et eius tenebras reuocare, quam luce Euangeli, et per hanc melioris aetatis bonis commodisque frui, et in dies rectius vti. Quam dubia autem passim sit et incerta eorum adeo veterum vaticiniorum, quae a multis prae ceteris plana et perspicua iudicantur, interpretatio, nisi verum eorum sensum Deus ipse nobis aperiat, aut saltem confirmet; id in aliis luculenter docet insignis locus, qui IOELIS III, 1 — 5. vel iuxta alios II, 28 — 32. habetur, quoque, teste PETRO Aator. II, 16 — 22 et 39. vniuersa ea res praedicta fuit, cuius memoria, ex pio maiorum instituto, nobis hodie et sequentibus diebus recolenda est. Dignam procul dubio his solemnibus et vestra, CIVES OPTIMI, attentione rem aggredimur, si, quanti ad nostram institutionem momenti sit *Petrina illa laudati vaticinii interpretatio*, hac, quam nobis praebet maiorum pietas, scribendi opportunitate, paullo diligentius excutere, vestrisque usibus et studiis commendare conamus. Videbimus autem primo de ipso IOELIS vaticinio, quocum deinde PETRI interpretationem comparabimus.

IOELIS locus, in se spectatus, varias difficultates habet. Aliae veram *lectionem*, aliae *locutiones pene singulas*, aliae *nexus cum praecedentibus et sequentibus*, aliae denique *dissensum interpretum*, vt Iudeorum, ita et Christianorum, spectant. De quibus singulis quae dicenda habemus, nos nunc, vt res et institutum feret, explicabimus.

Vera

Vera loci Iosiani lectio tanto diligentius eruenda est, quanto potest certius inde colligi, quomodo de discrepantiis, a textu hebraico in interpretatione Petrina obuiis, iudicandum sit. Nobis quidem Kennicottiani operis parte altera nondum frui licuit, quanquam id aliis cognouimus iam dudum contigisse, nosque in primis fuimus, qui praescriptis comparandi eius legibus satisfacerent. Vsi tamen sumus ad eam rem subsidiis aliis, et in his, quae plerisque Kennicottianis et exquisitiora essent, et certiora, et antiquiora; nimirum: 1) *Commentario critico R. SALOMONIS Nurienſis* in Bibliis hebraicis, Mantuae 1742—44. editis, ex notae optimae codicibus tam editis, quam manuscriptis, conſtruēto; 2) *Lectionibus RASCHII, ABEN ESRAE, et DAV. KIMCHII*, ſeculo XII. post N. C. antiquioribus; 3) *Observationibus Mafforeticis*, ex libris antiquissimis a R. IACOBO BEN CHAIM in Bibliis Venetis congregatis, et editis; 4) *Talmude*, non quidem Hierosolymitano, quēm nondum poffidemus integrum, attamen *Babylonico*, in quo verba vaticinii vltima ter allegantur; 5) *Commentariis Iudeorum allegoricis*, *Meddrashim dictis*, ipſo Talmude antiquioribus, qui comma primum laudant et recenſent ſaepius; 6) *Lectionibus* denique *interpretum veterum*, HIERONYMI potifſimum, SYMMACHI, SYRI, CHALDAEI, et LXX INTERPRETVM. Ex reliquis enim graecis versionibus nihil, quantum nouimus, antiquitas ad nostrum locum feruauit. Cum locis autem iis, in quibus diuersi LXX. INT. codices, *Vaticanus* in primis et *Alexandrinus*, inter ſe diſcrepabant, non *Arabis* modo et loci Petrini, verum etiam antiquissimorum doctorum ecclesiasticorum lectiones comparauimus, vt de illarum diuersitatum vera indole in promtu effet omnibus, intelligere, quid statuendum fit. Id vero, in quo Petrina lectio ^{a)}) ab hebraicis non magis differt libris, quam a graecis, non minus diligenter expendimus. Contulimus quoque notas criticas Bibliorum Hebraicorum Halae Magd. 1720. edit. et reliquas variantes lectiones, ab HOVBIGANTO, LIENENTHALIO, MICHAELISIO, SCHVLZIO, SCHELLINGIO, et alii,

A 3

a) Vtrum Petrus, an Lucas potius harum diuersitatum verus auctor fit, de eo ſuo loco disputabimus.



aliis, collectas, quae tamen, exceptis solis Biblia Halensibus, ad nostram rem nullum usum habuerunt. Ut autem de congesta a nobis in hoc vaticinium lectionis varietate lectoribus accurate constet; ponemus cum KENNICOTTO, et eruditis aliis, fundamenti loco Hooghtianam Bibiorum Hebr. editionem, nec nisi ea, quae ab illa in libris aliis discrepare intelleximus, plano ordine obseruabimus. — Com. r. aliis 28. in reddendo וְהַוּ, solus SYRVS הִיה non expressit, more suo, vid. quoque com. 5. נָסָר solus SYRVS vertit, quasi legerit נָסָר, iterum more suo, vid. v. c. 2 Sam. XV, 1. coll. X, 1. et XIII, 1. Solus PETRVS ^{b)} habet ἐν ταῖς ἑταῖραις ιημέναις, quomodo vertunt LXX. INT. בַּאֲחֶרֶת הַיּוֹם Esai. II, 2. Addit quoque PETRVS Λέγει ὁ Θεός ^{c)}, ex Ioel. I, 1. ut nobis videtur. אָשָׁפֵךְ; LXX. in Vatic. cod. n^o addunt, quod THEODORETUS quoque habet in comment. ad h. l. tom. II. Opp. edit. Schulz. Carent autem hac copula codex ALEXANDRINVS et ARABS, item IVSTINV S MARTYR in Dial. cum Tryph. p. m. 315. edit. Colon. CLEMENS ALEX. Strom. lib. V. p. m. 590. edit. Colon. EPHRAEM Syrus in explic. Ioelis Tom. II. Oper. Romae a Petr. Bened. edit. ATHANASIVS loc. cit. et HIERONYMVS in versione LXX. INT. ad h. l. tom. II. Opp. pag. 1358. edit. Martian, PETRVS ^{d)} quoque Actor. II. et vti reliquae versiones supra commemoratae, ita et codices hebraici, quantum constat, omnes, inque his antiquissimi, veluti Tanchuma fol. 65. col. 3. et Bammidbar Rabba seft. 15. Accedit, hanc discrepantiam nullius ad sensum momenti

b) Tertullianus lib. V. adu. Marc. cap. IV. Ioeli hanc lectionem tribuit, procul dubio auctoritate Petri motus. Eundem errorem commisit adeo Origenes lib. II. de Princ. §. 2. Athanasius e contrario in Testim. de nat. com. tom. I. Opp. Paris. 1627, in ceteris Petrum fecutus, vt ipse in inscriptione et mox sequentibus diferte monet, μιτὰ ταῦτα scribit, vt LXX vertunt int. in codicibus omnibus. c) ὁ Θεὸς Syri, utriusque Arabis et plerorumque graecorum codicum lectio est. Vulgatus autem et Aethiops, item Iren. lib. III. c. XII. §. 1. ed. Massu. et Hieron. in Com. ad Ioel. et Hilar. Pitt. lib. VIII. de Trin. Dominus scribunt. Chrysost. denique hom. V. in Act. Apoſt. κύπιος ὁ Θεὸς habet. Prior lectio a criticis merito pro genuina habetur. Digna tamen fuisse et haec discrepantia, quae ab iisdem obseruaretur. d) Cui tamen et hanc copulam tribuit Origenes loc. cit. fine dubio, quia in suo LXX vir. codice Vaticani lectionem habuit.

momenti esse. אֲתָה רֹוחִי; soli LXX. INT. in codicibus omnibus redundunt ἀπὸ τῆς πνεύματός με, quasi legerint מְרוּחֵי, quod habetur Num. XI, 25. coll. LXX. Sed אֲתָה alibi quoque ab iisdem int. varie redditur, vid. v. c. Gen. IV, 1. et TROMMII Concord. Hos interpretes sequuntur ARABS quoque, et PETRVS ^{e)}). Solus CHALDAEVUS vertit: spiritum sanctitatis meae, more suo, vid. v. c. Ezech. XXXVI, 27. et conuenienter doctrinae euangelicae Act. I, 5. 8. et II, 4. folus ARABS interpretatur carne praeditos, seu mortales, ad sensum aptissime. Videtur hunc secutus Arabs Erpenii Actor. II. alter enim in Polyglot-tis Engl. hebraismum seruauit. וּבְנֹתִיכֶם; haec vox in aliis codici-bus plene וּבְנֹתִיכֶם scribitur, obseruante SALOM. NVRS. Exemplum praebent Biblia NISSELI; ad sensum autem nihil facit haec diuer-sitas. זְקִנִּים; Solus PETRVS Actor. II. adolescentibus seniores postpo-nit, ^{f)} seruatis tamen praedicatis, quae singulis JOEL tribuit. Ei-dem voci soli LXX. INT. נָגַע praemittunt in codicibus omnibus. Se-quentur hos ARABS et PETRVS; item SYRVS, nisi hic potius in suo ita legerit codice. Hebraica lectio et auctoritate et concinnitate praefat. חֶלְמוֹת LXX. in Alex. cod. ἐνυπνίοις reddunt, quomodo Iob. VII, 14. בְּחֶלְמוֹת ab iisdem vertitur in codicibus omnibus. Eandem lectionem tuentur Actor. II. potiores codices. Vaticanus autem co-dex et Hieronymianus, ARABS quoque, item ATHANASIVS, CHRYSO-STOMVS, et THEODORETVS locis citatis, ἐνύπνια habent cum SYRO, CHALDAEO, et HIERONYMO, codicibus hebraicis, quantum constat, omnibus conuenienter. בְּחוּרִיכֶם חִזְבָּתָה, in duobus codicibus, ab editoribus Halensibus collatis, sic scribitur: בְּחוּרִיכֶם חִזְבָּתָה; quod ad sensum, et leges quoque accentuationis, plane idem est. בְּחוּרִיכֶם; huic voci LXX. iterum praemittunt נָגַע. Sequuntur eos ARABS et PE-TRVS, quin imo SYRVS et HIERONYMVS, nisi potius hi e suis ita hau-serint codicibus; quod tutius fortassis poterit ex KENNICOTTI col-lectionibus colligi. CHALDAEVUS copula caret, nec mihi codex he-braicus notus est, qui ea gaudeat. Sensus non variat, siue sic siue aliter

e) Act. II. vbi tamen *Syrus* lectionem seruat hebr. f) Athanas. tamen cit. l. ser- uat etiam in his *Joelis* ordinem.



aliter legas; videtur tamen lectio, quae copulam non habet, altera longe concinnior; quod miror non sensisse Celeb. DATHIVM, verit enim in Proph. Min. latine editis: *et iuuenes vestri.* — Com. 2. aliis 29. pro בְּגַד codex LXX. Vatic. habet נָגַד, quem sequitur ARABS; in Alexandrino autem legitur נָאֵרֶת, idque Actor. II. nec non ab ATHANASIO, et THEODORETO, seruatur. Alibi in utroque codice נָגַם nunc per נָגַד, v. c. Gen. VI, 4. et X, 21. nunc etiam per δέ, v. c. Gen. XV, 14. exprimitur. הַעֲבָדִים LXX. in Vatic. et Alex. vertunt τὰς δέ-λας μετά, s) forsan quia in eorum codice hebraico vocis litera ultima resecta fuit; qua scribendi ratione in libris hebraicis codicibusque a KENNICOTTO collatis nihil est frequentius. Eadem lectionem ARABS refert, item PETRVS, IVSTINVS MARTYR loc. cit. TERTVLLIANVS de Resur. Carn. cap. LXIII. ATHANASIVS et THEODORETUS locis laud. HIERONYMVS adeo in versione codicis hebr. qui tamen meos in commentario omittit. SYRVS ss) et CHALDAEVS omnesque, quos nouimus, codices hebr. simplici plurali gaudent, hancque genuinam IOELIS lectionem esse, sequentia confirmant. הַשְׁפָחוֹת; LXX. Alex. et Aldini iterum habent μετά adiectum, discimusque ex PETRI sermone, IVSTINO MARTYRE, ATHANASIO, THEODORETO, et HIERONYMO in versione LXX. int. lectionem valde antiquam esse. Seruat eandem ARABS, et HIERONYMVS adeo in versione textus hebr. qui tamen meas in commentario iterum omittit. In Vatic. deest μετά, item in Vulgata Polygl. Angl. et apud TERTVLLIANVM de Resur. Car. cap. LXIII. qui tamen lib. V. adu. Marc. cap. VIII. et super seruos et ancillas meas refert. Nullus dubito, quin Vaticana lectio genuina sit LXX. INTERPRETVM. Est enim altera longe difficilior, nec tamen potuit commode vitari ab interpretibus, qui vellent suum codicem hebr. accurate exprimere. Sic, vt VATICANUS, SYRVS quoque et CHALDAEVS vertunt, nec codex adhuc innotuit hebraicus, qui aliter haberet.

E con-

g) Ita quoque Aldina habet ed. Complutensis autem Hebraeo respondet, procul dubio ex emendatione recentiore. gg) Syrum sequitur Ephraem Syrus loc. cit. quod licentissimus interpres non considerauit; verit enim נָהָרָה וְעַל דֵּי super Dei seruos et ancillas.

E contrario non mirari licet, si tot corruptelis, quas LXX. INT. versio a sequentibus librariis iam ante Christi aetatem passa fuerat, haec quoque accesserit, ut δέλας huius loci, cogente *nexus antecedentium*, ab imperitis lectionis hebraicae librariis μεταποίησι adderetur. Nec videtur caussam aliam habuisse, quam solam lectionis genuinae difficultatem, quod TERTULLIANVS, *Vulgatum secutus*, in repetita huius loci enarratione nunquam quidem auderet pronomen *bis* ponere, illud tamen nunc *seruis*, vt in *Vaticano* et *Vulgato* habetur, v. c. cap. LXIII. de Resur. Car. ^{h)} nunc maioris perspicuitatis gratia *ancillis iungeret*, v. c. lib. V. adu. Marc. c. VIII. ⁱ⁾ אַתְּ רֹוחִי; hic LXX. et eorum, qui hos sequuntur, et CHALDAEI discrepantia eadem est, quae fuit com. I. Solus PETRVS praeterea addit οὐ προφητεύσατο^{k)}. — Com. 3. aliis 30. voci בְשָׁמִים solus PETRVS addit αὐτῷ, ^{kk)} quod tamen SYRVS et ARABS Erpenii Actor. II. non habent, monente quoque GRIESBACHIO in notis crit. ad h. l. וּבָאֲרֵץ; PETRVS rursus duo addit 1) στρατός post οὐ, sicque solus ARABS habet in versione IOELIS, vt mihi videtur, ex Actis. 2) κάτω post ἐπὶ τῆς γῆς, quo tamen iterum SYRVS et ARABS Erpenii carent, item ORIGENES in Com. in Matth. sec. vet. int. qui tamen id in Com. in Ep. ad Rom. l. c. IOELI adeo tribuit. Prior locus ORIGENIS valde corruptus est, docentibus MSS. a DELARVE collectis tom. IV. Quae etiam monere GRIESBACHII fuisse. הַתְּמִרְאָה וְהַמְּרוֹת SALOMONE Nurf. in manuscriptis cum cura exaratis (בְּסֶפֶרִים כֵּי מְדוּיּוּקִים) plene scribitur quoad Iod et Vau, nimirum sic hoc; quam lectionem *Massora*^{l)} quoque confirmat Venetia

ta

h) Vbi verba sic habent: *Deus — effundens in nouissimis diebus de suo spiritu in omnem carnem, in seruos suos et ancillas, et fidem etc.* i) Locum paullo ante dedimus. k) Idem quidem habet in recensione vatic. Ioeliani *Iustin. Mart.* l. c. sed procul dubio ex Actis. *Athan.* repetit adeo ante οὐ προφητεύσατο ex com. I. ἐπὶ πᾶσαι σάρκας. Sunt etiam, qui in recensione loci Petrini οὐ προφητεύσατο non habent, obseruante Griesbachio ad h. l. sed iidem omittunt quoque mox antecedentia *in diebus istis*, quae tamen in omnibus leguntur codicibus hebr. et graecis. vt de reliquis earundem recensionum manifestis vitiis nihil dicam. kk) Idem αὐτοῖς Origenes *Ioeli* bis vendicat, in Comment. in Matth. secundum veterem interpr. tom. II. p. 866. et in Com. in Epist. ad Rom. lib. VIII. tom. IV. p. 624. l) *Massorae obseruationes*

B



ta et Basileensis ad Cant. III. 6. Erfurtensis autem Mscpta ad nostrum quoque locum, testibus editoribus Halensibus. Cum Iod hanc vocem scribunt ABEN ESRA et ABARBENEL, et quinque codices a criticis Halens. collati, qui omnes praeterea Metheg sub Iod et - sub פ ha- buerunt. RASCHI et KIMCHI Iod non habent; quo etiam, vna cum Metheg et -, caruerunt codices reliqui Halae collati. Quomodo hanc vocem veteres legerint interpretes, non liquet. SYRVS hic et Cant. III, 6. fumum vertit. CHALDAEVS hic columnas habet, sed Cant. III, 6. vocem non exprimit. LXX. INT. hic vaporem, sed Cant. III, 6. truncum, seu virgam ponunt. VVLGATVS et ARABS LXX. int. sequuntur in utroque loco. Massora, quia nostrum locum non solum eum Cant. III, 6. sed etiam cum Ezech. XL, 22. comparat, videtur Iod pro abundante, seu aduentitio, habuisse. Qua in sententia si veteres quoque fuerunt interpretes, quod valde probabile est; ne ha- buerunt quidem, quo Iod huius vocis, si vel adesset, interpretando exprimerent. — Com. 5. aliis 32. in vertendo הַיְהּ solus SYRVS הַיְהּ iterum omittit, plane ut supra com. 1. פָּלִיטָה a LXX. INT. in co- dicibus omnibus ἀνατωχόμενος redditur. Sequitur ARABS, et, ut vi- detur, SYMMACHVS; vertit enim, teste HIERONYMO, qui fugerit. Videntur itaque פָּלִיט legisse; sed respuit hanc lectionem antecedens הַהְוָה. Quare proprius ad fidem est, voluisse hos interpretes sic ver- tendo sensum magis, quam nuda verba, exprimere. Vid. quoque cap. II, 3. et Ezech. XIV, 22. vbi LXX. eandem vocem eodem modo red- dunt. HIERONYMVS abstractum habet, saluatio; item SYRVS huncque fecutus EPHRAEM, et CHALDAEVS, conuenienter codicibus hebrai- cis. וּבְשֻׁרְיוֹדִים; Sic optimi ^{m)} habent codices hebr. ut patet ex SALO- MONIS Nurf. commentario. Sic legerunt quoque RASCHI, ABEN ESRA, KIMCHI, et ABARBENEL. Confirmant eandem lectionem impressa Massora parua ⁿ⁾, et Talmud. babyl. Illa enim tradit: non legi amplius

obseruatio haec est: וְחַיְמָה ter occurrit plenissime, nimirum Cant. 3, 6. Ez. 40, 22. Iosl. 3, 3. ^{m)} Videntur itaque duo codices in Bibl. Hal. laudati, quod Iod priori careant, parum probati esse. ⁿ⁾ Discrepat tamen ab hac duplex Mas- fora alia, ab Editoribus Hal. collata, quae minus probatis fauerit codicibus.

amplius hoc vocabulum, et scribi plene; hic autem ter, bis nimicum in tract. Sanhedr. fol. 92 col. 1. et semel in tract. Chullin fol. 133. col. 1. constanter habet וּבְשָׁרִידּוֹם. Sic quoque legit HIERONYMVS in suo codice; reddit enim: et in residuis, et in Commentario, ubi nos, ait, diximus in residuis, et LXX transtulerunt annuncians, in Hebraico legitur Saridim, quod Iudaei loci nomen existimant. Reliqui autem veteres interpretes ab hac lectione vehementer discrepant. SYRVS reddit: למשׂחַבָּא seruatis, omisso Vau, et quasi legerit פְּלִיטִים. nam פְּלִיטִים in proxime antecedentibus per פְּלִיטָה vertit, et מְשׂוֹבֵבָא in Esai. LXVI, 19. per מְשׂוֹבֵבָא. CHALDAEVIS similiter reddit et seruati, omisso ב, et quasi legerit ב; ponit enim et hic פְּלִיטִים pro מְשׂוֹבֵבָא, et פְּלִיטָה pro מְשׂוֹבֵבָה Ies. LXVI, 19. LXX. in Vat. et Alex. habent καὶ ἐναγγελιζόμενοι, quam lectionem ARABS quoque et THEODORETUS referunt; in codice autem graeco, quo usus est HIERONYMVS, καὶ ἐναγγελιζόμενος legebatur, quod etiam Aldina et Complutensis editiones exprimunt. Pluralis numeri lectio genuina videtur; congruit enim cum hebraica, unde graeca fluxit, et ex plurali numero in graecis codicibus facile potuit scripturae vitio singularis fieri. Verba autem καὶ ἐναγγελιζόμενοι non, ut BAHRTIVS existimat in Appar. Crit. p. 146. hebraico וּמְבָשָׁרוֹם respondent, docente Esai. XL, 9. et LII, 7. Mihi nullus horum interpretum videtur aliter legisse, ac etiamnum legitur in codicibus hebr. Docent enim vel sola loca sequentia Ier. XLII, 17, et XLIV, 14. et Thren. II, 22. Hebraeis פְּלִיט et שְׁרִיר synonymous esse, quae vna voce reddi possunt, quomodo etiam reddiderunt LXX. int. Ier. XLII. et XLIV. פְּלִיט autem Hebraeis saepe idem est, quod nuntius, vid. v. c. Ezech. XXIV, 26. et XXXIII, 21. Quare non video, quid impedierit, quominus vocem שְׁרִידּוֹם LXX. INT. per nuntios, quod alibi quoque v. c. Iob. XX, 26. ἐπήλυτον interpretantur, SYRVS et CHALDAEVIS autem per seruatos redderent. SYRVS quidem in negligenda copula Vau, et mutanda particula ב cum ה, paullo liberior est, sed suo, vt constat, more; ב autem, quod LXX. et CHALDAEVIS omiserunt, ante nomina saepe eam vim habet,



habet, qua interpretibus plane abundat, docente vsu linguae non modo hebraicae, sed in primis quoque arabicae, sat frequenti. Actor. II, 39. vtitur PETRVS pro וּבְשָׁרִידִים, אֲגַפְּתָא τοῖς εἰς μακρὰν, ad sensum optime, vt in sequentibus videbimus. יהוה; solus PETRVS habet Κίριος ὁ Θεὸς ἡμῶν in libris omnibus, excepta versione Syriaca, quae Κύριος, et ἡμῶν omittit. קרא sine Vau post ק, docente SALOM. Nurf. ex Massora Magna ad hanc vocem, siveque procul dubio legerunt omnes veteres interpretes; reddiderunt enim vt LXX, et ex his ARABS, ita CHALDAEVS quoque, et SYRVS, et HIERONYMVS, tempus praeteritum: vocavit. Obseruat tamen idem Nurf. Criticus, in codicibus nonnullis plene scribi קורא; quam lectionem IARCHI, ABEN ESRA, KIMCHI, ABARBENEL in suis commentariis, et Talmudistae in locis supra commemoratis omnibus referunt, Pundatores autem vt genuinam tuentur, nihilque certius est, quam a PETRO quoque Act. II, 39. exprimi, vbi ἔτεσι ἀν, ait, προσωπάσηται κ. ο. θ. η.
 — His ex obseruationibus exactissimis, vt confidimus, duo colligenda sunt, primo quidem: *hebraica huius loci lectione nihil cogitari posse castius*, propter consensum tot tam diuersorum tamque antiquorum et incorruptorum testium, vt in rebus alicuius ponderis, quales pleraque, in quibus PETRVS a textu tam graeco quam hebraico discrepat, videri possunt, ita et in reliquis, quae ad sensus diueritatem nihil faciunt, confirmat enim et in his probatam a Iudeis lectionem potior semper testium numerus; deinde vero: *quicquid in recensione huius vaticinii Petrina cum communi graeca LXX. INTERPRETVM et hebraica lectione non consentit, id neutquam in variis codicum lectionibus ponendum esse, sed, maximam saltim partem, consultae potius interpretationis vim habere, nosque docere, quomodo ambiguae nonnullae huius vaticinii locutiones partim in se, partim quoque euentui conuenienter, intelligendae sint.* Nam insanum esset credere, PETRVM, plebeium hominem, non vulgaribus Iudeorum codicibus, sed alio usum esse, et tali quidem, qualem, quod scimus, mortalium nullus alias neque vidit unquam, neque laudauit. Quam apta autem ad propositum fuerint consilium pleraque, quae PETRVS in repetito

petito hoc siue mutaret, siue adderet, vaticinio, id suo loco explanabimus.

Pergimus nunc ad explicandas *locutiones singulas*, non, quo nos sensu eas sumimus; sed, quo sumi possint vel debeat propter rationes grammaticas et historicas, et quo reuera intellectae sint a variis interpretibus. Inde enim intelligentibus lectoribus primo loco patet: *hoc vaticinium in se spectatum in nonnullis valde esse ambiguum, et indigere interpretatione authentica.* — וְהִיא quoad literas *Praeteritum* est; sed omnes interpres de *futuro* intelligunt *tempore*, cum propter nexus cum antecedentibus, tum propter mox sequens, tum etiam propter *diserta Futura*, in sequentibus obuia, somnia-bunt, videbunt, וְחַלְמָנוּן אֲשֶׁר יְהִפְךּ מַלְטָא conuertetur, euadet, et *הִיא* erit. Idem secum fert in tali nexu vsus linguae frequentissimus, ut notum est literarum hebraicarum peritis. Quare haec locutio nihil verae ambiguitatis habet. Maioris ad rem momenti mox sequens est, אחריו כֵן, quod CRAMERVS iunior ^{o)} confidenter affirmat in scripturis sacris non nisi de euentibus usurpari proximis, ac proinde nihil certius esse, quam Ioeли vaticinium de propioribus Iosiae, minime vero de longe remotioribus Apostolorum temporibus agere. Nec negari potest, si in explicanda hac locutione solum usum spectes, in sacris literis fere solemnam, CRAMERI sententia nihil videri posse verisimilius. Legimus enim אחריו כֵן in libris sacrис, praeter IоELIS locum, quadragies, docentibus BVXTORFII Concordantiis hebr. et in his locis omnibus siue de ritibus olim consuetis ^{p)}, aut diuinitus praescriptis ^{q)}, siue de rebus praeteritis ^{r)}, aut etiam futuris ^{s)}, sermo sit, ex iis, quae dicuntur, manifestum est, rerum nexus significari hac particula non nisi

B 3

proxi-

- ^{o)} In Scythischen Denkmählern p. 221. In eadem sententia fuit R. Moses sacerdos, docente Aben Efra ad h. l. p) Sic Num. 9, 17. q) Sic Leu. 16, 26. 28. Num. 4, 15. et 8, 15. r) Sic Gen. 23, 19. et 25, 26. et 45, 15. Ex. 11, 1. Num. 8, 22. Iol. 8, 34. et 10, 26. Iud. 16, 4. 1 Sam. 9, 13. et 24, 6. 9. 2 Sam. 2, 1. et 8, 1. et 10, 1. et 13, 1. et 21, 14. 18. et 24, 10. 2 Reg. 6, 24. 1 Chr. 18, 1. et 10, 1. 2 Chron. 20, 35. et 24, 4. et 33, 14. Iob. 3, 1. Efr. 3, 5. Ier. 34, 17. s) Sic Gen. 15, 14. Ex. 3, 20. et 11, 8. Ier. 16, 16. et 21, 7. et 46, 26. et 49, 6.



proximum. Sed, quanquam haec verissima sunt et certissima; potest tamen nullo modo inde tuto colligi, **IOELIS** locum de N. T. temporibus minime intelligendum esse. Nam, si vel daremus, apud **IOELEM** quoque **אַחֲרֵי כֵן** euentum proximum innuere; esset tamen id non *ex IOELIS aetate*, sed *ex nexu sermonis definiendum*. Viderunt autem iam dudum boni et eruditii interpretes^{t)}, in proxime anteecedentibus c. II, 23. etc. *doctorem futurum* promitti, qui doctrina, pluviae largissimae instar coelitus missa, damna omnia, Sioni olim illata, abunde compensaturus fit. Suntque omnes, qui ita interpretantur, in ea sententia, doctore hoc *Messiam*, seu *Christum* significari. Et, si mihi dicendum est, quod sentiam; lubens fateor, interpretationem illam propter connexa non quidem satis certam, at tamen partim propter locutionem^{x)} c. 23. partim propter frequentem usum pluviae, tamquam imaginis doctrinae et in primis N. T.^{y)} et partim denique propter locum planissimum nostroque simillimum Hos. X, 12.^{z)} adeo esse probabilem, ut, quicquid contradicat Cel. **DATHIUS** in notis crit. ad h. l. idoneis saltem argumentis nunquam refelli possit. Sed ne opus quidem est his ambagibus. Quodsi enim contrariae sententiae patronis vel conceferis, ea, quae nostrum proxime praecedunt vaticinium, ad N. T. referenda non esse; ex solo tamen usu particulae nulla arte efficient, de nostro quoque vaticinio aliter statui non posse. Constat enim inter omnes interpretes, **בְּאַחֲרִית הַיּוֹם** *diebus ultimis*^{b)} proprie et ordinario ex usu linguae hebraicae de N. T. dici temporibus.

t) Ex Christianis hoc in primis pertinet *Lutherus* l. c. *Cocceius* in Com. ad Proph. Min. *Polus* in *Synopsi*, et *Hen. Mich.* in *Bibl. Hal.* ex Iudeis *Abarbenel* in Com. ad h. l. et, ut videtur *Chaldaeus Interp.* u) Quam Cel. *Dathius* per *pluviam quantum fatis*, satis coacte vertit. x) Vid. v. c. Ebr. 6. 7. a) Vbi etiam habetur **וְרֹא שׁוֹלֵךְ לְזִקָּה** *serite iustitiam*, interprete *Dathio*, et **וְעַתָּה לְרוֹאשׁ אֶחָד יְהוָה** *ערְכָּא בְּנָא וְרוֹה זִקָּה* *tempus est*, ut *Iouam serio adeatis*, ut (restituens: donec) *veniat*, et *ipse vos doceat iustitiam*, vertente eodem. b) *Hos dies ultimos* Iudei de aetate mundi *ultima*, Christiani plerique de *Oeconomia N. T.* intelligent. Lightf. autem omnem mouit lapidem, ut eruditis persuaderet, *Hierosolymae atque Oeconomiae Iudaicae dies ultimos* intelligendos esse, in Hor. ad Matth. 12,

ribus. Permutatur autem haec locutio Ier. XLIX, 6. coll. XLVIII, 47. cum אַחֲרֵי כֵן. Quid inde planius est, quam alterum alterius esse synonymum, ac proinde quoque unum pro altero poni posse. Hinc, si DAVID KIMCHI affirmat: אַחֲרֵי כֵן in Ioelis vaticinio idem esse, quod בְּאַחֲרִית הַיְמִינָה, idemque PETRVS adeo disertis verbis docet; facile apparat, parum cautum esse interpretem, qui id ex solo usu particulae אַחֲרֵי כֵן negare, vel refutare ausit. Liquet itaque, אַחֲרֵי כֵן in se spectatum valde esse ambiguum. — שְׁפֹךְ effundam, seu, ut verit DRVSIVS, effuse dabo. Potest quoque verti: perfundam, seu imbuan, quia cum על construitur. Vim huius vocabuli spectat PAULVS ad Tit. III, 6. vbi de Spiritu sancto: ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλεσίως. item DOMINVS Act. I, 5. υἱοῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἀγίῳ. coll. Act. II, 33. vbi PETRVS de euentu huius promissionis: τόν το ἐπαγγελίαν τῇ ἀγίᾳ πνεύματος λαβών (Ἴησος) παρὰ τῷ πατρὶ, ἐξέχεε τῷτο, οὐ νῦν υἱοῖς βλέπετε καὶ ἀκόπετε. vid. quoque Act. XI, 16. Nec habet historia, quod his promissis exacte respondeat, quam eam rem, quae Act. II. contigisse traditur. Solent quoque plerique Iudei promissa haec in potioribus Messiae beneficiis numerare, ut suo loco demonstrabimus. Qui tamen siue ex Iudeis, ^{c)} siue Christianis, ^{d)} ex antecedentibus sibi persuadent, de euentu ab aetate IOELIS, non remoto, sed proximo, sermonem esse; nulli quoque dubitant, negligita omni vi verborum, et posita, prout unicuique commodum videtur, IOELIS aetate, per incerta vagari, et euentum tantae rei nunc ACHABI, nunc IOSIAE ^{dd)} tribuere temporibus; quo coactius ab interpretibus, et sensui interno, cui tamen nonnulli ^{e)} tantum non omnia in interpretando tribui volunt, repugnantius, vix quicquam

32. et 24, 3. Act. 2, 17. et 1 Cor. 10, 11. suntque praeter Lightf. multi alii, quibus idem videtur, et in his ipse Lutherus, in Com. ad Ioel. laudatus quoque propterea a Deylingio in Obs. S. part. V. p. 133. Res eodem reddit, quia omnes fatentur, Christum iam sub finem Oecon. Vet. venisse. ^{c)} v. c. R. Moyses facerdos, ab Aben-Esra laudatus. ^{d)} v. c. Grotius, Cramerus, et alii. ^{dd)} Immo Hiskiae, iudicante Ephraemo Syro loc. cit. vbi super omnem carnem, ait, h. e. super populum Hiskiae, qui vaticinatur erant de redemtione a Sanheribo. Mystice spectatur Redemtio per Dominum nostrum facta. ^{e)} In his Cramerus ipse l.c. p. 181.



quam sumi, aut statui, potest. Similis promissio Ezech. XXXIX, 29. et Sach. XII, 10. habetur; priorem vero locum ne DATHIVS quidem de beneficiis N. T. intelligit. — אַחֲ רֹוחִי Spiritum meum consentiunt omnes interpretes de donis Spiritus sancti intelligendum esse. Sic ipse DOMINVS: ἀνέψει ΔΥΝΑΜΙΝ ἐπελθόντος τῷ ἀγίῳ πνέυματος ἐφ' ὑμᾶς Act. I, 8. et PETRVS: ἀνέψει τὴν ΔΩΡΕΑΝ τῷ ἀγίῳ πνέυματος. ib. II, 38. Idque procul dubio in caussa fuit, cur LXX INT. malleant *de Spiritu meo* vertere. Quae interpretatio quam accurate respondeat doctrinae euangelicae, ex Ioan. III, 34. et 1 Cor. XII, 4 etc. manifestum est. Deceptus tamen AMBROSIVS^{f)} eadein vulgata versione, hanc docendi subtilitatem IOELI ipsi perperam tribuit. — עַל כָּל בָּשָׂר, *super omnem carnem*, solos quidem intelligentes homines, nec tamen Iudeos aut Israelitas solos, sed gentes quoque spectat, ut docent mox sequentia. Recte idem probant ABARBENEL^{g)} ex Esai. LXVI, 24. et Psal. CXLV, 21. in Comment. ad. h. l. et LIGHTFOOTVS ex Esai. XL, 5. et LXVI, 24. in Horis ad Act. II, 17. Sic quoque hunc locum intelligent TERTULLIANVS^{h)} lib. V. adu. Marc. cap. XVII. IRENAEVS, ⁱ⁾ ORIGENES, ^{k)} et HIERONYMVS^{j)} locis cit. item LUTHERVS^{m)} in Comment. ad h. l. tom. VIII. Opp. Lips. p. 172. et ex recentissimis BAHRDTIVSⁿ⁾ in Appar. Crit. ad h. l. Idem loquendi usus in libris N. T. frequens est, v. c. Luc. III, 6. Ioan. XVII, 2. Matth. XXIV, 22. Vim tamen huius locutionis ne Iudeos quidem, *Apostolorum aetate ad Christum conuersos*, intellexisse, ex Act. X, 45. constat. Quo minus mirandum est, *Iudeos quoque alios*

f) lib. V. de Spir. S. cap. VII. g) Haec, ait, locutio reuera omnes cuiuscunque gentis homines complectitur. h) In omnem, inquit, carnem, id est, et in nationes. i) Cui super omnem carnem, idem est, quod super genus humanum. k) Allegatis Ioelis verbis: effundam super om. carn. deinceps sic pergit, Rufino interprete: quod utique tale est, sicut illud, quod ait, omnes gentes et seruient. Vid. quoque eiusdem Comment. in Matth. tom. II. p. 465. l) Hic ita: omnis caro illa est, de qua Es. 40. 5. m) Ueber alles Fleisch, ait Lutherus, das ist, über alle Glaeubige, sie mögen seyn, von was vor einem Orte, Belchaffenheit, oder Stande sie wollen. n) בָּשָׂר, ait, homines mortales, naturae imperfectae, imbecilli.

alios et olim credidisse, et etiamnum credere, *Spiritum S. gentili non donari*, huncque locum de *solis Israelitis agere*. qua de re vid. KIMCHI et ABEN ESRA in Comment. ad h. l. item LIGHTF. et SCHOETTGEN. in Horis ad Act. II, 16 et 17. RASCHI autem in Comment. hanc locutionem cum Ezech. XI, 19. comparat, eosque vult intelligi, quibus cor molle fuerit; quae sententia MVNSTERO quidem arrisit in Obseru. ad h. l. sed valde coacta est, bene docente IACOBO CAPPELLO in Obseruat. ad h. l. p. m. 685. edit. Amstel. 1689. Promittitur itaque hic plus, quam MOSES olim optauerat Num. XI, 29. nec tamen plus, quam DEVS reuera praestitit inde ab Apostolorum temporibus, docente historia Act. II, 5. 37. et X, 44—48. Tit. III, 5. I Cor. XII. et seqq. Priuantur tamen et hac luce, et in explicanda tam plana locutione fere ineptire coguntur ipsi Christiani, qui de antecedentibus a PETRO, viro summae auctoritatis in hac potissimum interpretatione, vt suo tempore demonstrabimus, dissentunt. — *אָנֹכִי וְכָבֵד προφητεύεσθαι.* Donum propheticum, προφητεία I Cor. XII, 10. נְבוּאַת 2 Chr. XV, 8. Efr. VI, 14. Nehem. VI, 12. coll. LXX int. Apostolorum aetate inter Christianos vnum ex praecipuis fuit et longe frequentissimis Spiritus S. donis, teste PAVLLO I Cor. XII—XIV. coll. Ephes. IV, 8—11. docentque loca omnia, ex libris N. T. de hac re congesta, vim eius et indolem non aequalem modo fuisse priscae V. T. sed superasse quoque illam *peritia prophetas veteres intelligendi et interpretandi*, vt bene LVTHERV monet in Comment. ad h. l. ^{o)} et PETRVS quoque confirmat I Ep. I, 10—12. et 2 Ep. I, 19—21. ipsumque PETRI exemplum luculenter demonstrat in sermone, Pentecostes die habito. Qui igitur hoc vaticinium de ACHABI malunt vel IOSIAE temporibus, quam de *primis christianis*, interpretari; nec habent, quo vim huius vocis ex vsu scripturarum sacrarum exhaustant, (praesertim cum sermonis grauitas nos pene cogat, haec ut latiora a sequentibus longe strictioribus distinguere), nec omnino proferre possunt, quo ACHABI aut IOSIAE aetas aetates alias superauerit, quodque non sive MOSIS, aut SAMVELIS, aut HISKIAE temporibus,

C

^{o)} Vid. quoque Origen. et Cocceius loc. laud.



ribus, siue etiam post Iudeorum ex Babylonia redditum, non aequa solemnne frequensque fuerit, quod tamen tanto vaticinio nullo modo accommodatum videtur. — בְּנֵיכֶם filii filiaeque vestrae. ACHABI temporibus nullam constat foeminam, IOSIAE autem aetate solam HVLDAM dono instructam fuisse propheticō. Nec habent Iudei, ^{p)} qui tamen in his extricandis rebus ultra modum scrupulosi sunt, inde ab EVA usque ad ESTHEREM, nisi septem in vniuersum mulieres, quibus vatum dignitatem, interdum satis liberaliter, tribuant. Vna autem Apostolorum aetas valde probabile est, multo plures vates foeminas tulisse, quam vniuersam oeconomiam veterem decies sumtam. vid. v. c. Act. I, 14. coll. II, 1 etc. et XXI, 9. in primis vero 1 Cor. XI, 5. vid. quoque IVSTINV S MARTYR in Dial. cum Tryph. p. m. 315. vbi occasione nostri vaticinii de suis temporibus: οὐ παρέμενον, ait, ἐσίν οὖτε οὐδὲ θηλεῖς, οὐδὲ ἀρεταὶ χρείσματα απὸ τῶν πνεύματος τῶν Θεῶν ἔχοντας. — זְכַרְנִיכֶם senes vestri somnia, iuuenes visa habebant; seu, sensi iuuenesque vestri et somniis et visis excellent, ex vnu linguae, quo solent coniuncta subiecta et praedicata eleganter diuidi. Sensus est: vestri tam senes, quam iuuenes prophetae tales erunt, quales omnes MOSSI similes post MOSEN fuerunt; quibus Deus nunquam se ut MOSSI immediate reuelauit, sed mediate per somnia et visa, docente ipso Deo Num. XII, 6-8. Contigisse tale quid ACHABI et IOSIAE temporibus, verum quidem est, sed parui ad rem momenti; quia tunc florebant adhuc inter Iudeos et Israelitas eiusmodi dona, inde a SAMVELIS aetate. Exacte autem haec, et modo prorsus admirabili, Apostolorum aeuo euenisse, postquam Iudei, vt fatentur ipsi, ^{q)} per quatuor integra secula donis caruerant propheticis; non tantum luculenter constat ex multis Actorum locis, et ex Paulli testimonio 1 Cor. XIII, 8-12. vbi Apostolus iisdem penie verbis vititur, quae Num. XII, 6-8. in LXX int. versione leguntur; sed digna quoque res fuit tam insigni vaticinio. Subiectorum ordinem inuertit PETRVS; num casu, an ex arbitrio, aut consulto, ^{r)} dicere non habeo. Quicquid sit, sensus idem

p) Vid. v. c. tract. talm. Megilla fol. 14. c. 1. q) Vid. v. c. tr. talm. Sanhedr. fol. 11. col. 1. r) Ita Bengelius exigitat in Gnom. ad Act. II.

idem manet, et per ea, quae modo diximus, maneret quoque, si vel praedicata aliter distribueres. — סְרֻוָס; Seruos quoque et seruas diebus illis perfundam, seu imbuam, meo Spiritu. Seruos et seruas Iudei olim magno alebant numero, etiam post redditum ex Babylonia, ut constat ex Efr. II, 65. et Neh. VII, 67. vbi quoque a reliquo distinguuntur populo et seorsim numerantur, quia nati non ex Iudeis erant, sed *ex gentibus*. Faciunt itaque haec ad definiendam vim locutionis mox antegressae בָּשָׂר כל; quam facile quis propter subiuncta: *et prophetabunt filii filiaeque vestrae etc.* ad solos nobiliores, ut iam recte monuit LVTHERVUS cit. loc. aut ad Iudeos solos, quae communis fere est Iudeorum sententia, restringere potuisset. Actorum II. legimus: *seruos meos et seruas meas*, ex LXX int. versione, quod in tali nexu, h. e. propter manifestam, quam נָגָם infert, seruorum horum a Iudeis distinctionem, sensu ab Hebraeo nihil differt. Consulto³⁾ autem PETRVS addere videtur: *et prophetabunt*, ne quis cum Iudeis nonnullis existimet, hic alio sumi sensu effusionem Spir. S. et minori vi, quam antea. Sunt enim Iudei quidam, et in his in primis ABARBENEL in Comment. ad h. l. in ea opinione: *futurum quidem esse Messiae temporibus, ut gentes sancto spiritu, minime vero donis gaudent propheticis*. Quam ineptam sententiam iam id refutat, quod Iudei ipsi antecedens נָבָנָן ab eadem Spir. S. effusione repetant, et propter nexus quoque repetere cogantur; multo magis autem istam Iudeorum arrogantiam et vanitatem euentus ipse repressit, quem habuit hoc vaticinium, teste historia, *Apostolorum temporibus*. vid. v. c. Gal. III, 28. et Colos. III, 11. ACHABO autem, aut IOSIA regnante tale quid euenisse, ne verbo quidem tradit historia, sentiente quoque GROTI⁴⁾ in Comment. ad h. l.⁵⁾ — וְנַחֲתִי edamque prodigia in
C 2 coelo

3) Quod mirum est, Hieronymum non considerasse. nam l. c. ita commentatur: *Serui et Ancillae, qui adhuc spiritum timoris habent, — non habebunt Prophetiam — sed Spiritus S. effusione contenti fidei tantum et salutis gratiam habebunt.* Similiter Grotius in Com. ad Ioe. sensus est, inquit, *Etiam iis, qui vilissimi videbuntur, impartiar si non Prophetiam et somnia, certe motus quendam extraordinarios atque celestes.* 4) Destitutus enim ab historia Iosiae addit: *Haec omnia*



coelo et in terra. Haec nihil difficultatis habent, nec morantur, aut diuidunt interpres. Addit autem PETRVS ἄνω et κάτω, vt mihi videtur, propterea, vt significet, non *figurate* esse haec, sed *proprie*, sumenda. Sic enim usurpantur istae particulae Exod. XX, 4. et Deut. IV, 39. coll. Ios. II, 11. et 1 Reg. VIII, 23. in Hebr. et LXX. *Sequentia* plus difficultatis habent. In his enim *prodigiorum indoles et tempus* quoque, quo euentura sint, definitur. *Prodigia ipsa*, more, alibi quoque sacris libris solito, inuerso recensentur ordine; loco primo, quae *terram*, altero, quae *coelum* attinent. *Terreftria* dicuntur *Sanguis*, *Ignis*, et עַשְׁן fine Iod, seu, vt meliores habent codices, עַשְׁן *חִימָרֹת* cum Iod. *Sanguis* et *Ignis* plerisque interpretibus *Iudaicis*) non minus, quam Christianis, *) *caedes* et *incendia* sunt; quae sententia huic loco linguaeque vsui aptissima videtur, sentiente LVTHERO ipso *) in Comment. ad h. l. *חִימָרֹת* autem sunt^{b)} quidem, qui propter Iod, quod radicale existimant, a radice יְמֵר efferrri ducent; plerique tamen idem Iod cum Massora pro aduentitio habent, vocemque a *הַמֵּר palma*, arbore procera et recta, deriuant. Illi *elationes*, hi *palmas* seu *columnas fumi* vertunt, h. e. fumum in altum dūctum, seu palmae vel columnae iftar recta adscendentem. Altera sententia plurimum commendationis habet, partim a loco insigni Iud. XX, 40. vbi עַמּוֹד עַשְׁן, h. e. *columna fumi*, diserte dicitur; partim a CHALDAEO, vetustissimo et literarum hebraicarum peritissimo interprete, qui propter *חִימָרֹת* per יְמֵר柱子 columnas reddit, plane vti Iud. XX, 40. vbi יְמֵר רְחַנֵּן *columnam fumi* habet, pro עַמּוֹד עַשְׁן; partim denique a Talmudistis, quibus non *Nomen* tantummodo, sed ipsum *Verbum* quoque huius vocis eodem sensu *columnae* seu *baculi recti*, in vsu est, docente KIMCHIO in h.l. et LIGHTFOOTO in Horis ad Act. II, 19. ex tract. talm. Ioma fol. 38. col. 1. loco^{c)} longe planissi-

omnia quanto tunc excellentius impleta in Ecclesia Christiana, ad quam haec optime aptat Petrus Actorum II. u) v. c. Aben Esrae, Kimchio, Abarbene- li, aliis. x) Veluti Grotio, Lightfooto multisque aliis. a) Qui se valde torfit in signis his, ipsi Pentecostes diei applicandis. b) Vid. v. c. Simonis Lexic. ad hoc vocabul. c) Vbi sumus thuris sacri dicitur: עַשְׁן תְּחַנֵּר וְעַלְהָ כַּמֶּל, h. e. fumus

planissimo. Mihi videtur radix חַמֵּר Hebraeis olim *efferri* significasse, et inde ipsum *Palmae* nomen ductum esse. Quicquid sit, *de sensu* non discrepant interpretes, ne *Lxx.* quidem, et, qui hos sequuntur, SYRVS, HIERONYMVS, ARABS, et PETRVS, qui omnes *vaporem*, seu *vapores fumi* reddunt. Fumus autem incendiorum comes est; quare etiam supra laudati interpretes consentiunt, *talem fumum* hic intelligendum esse. Sequuntur *prodigia coelestia*. — שְׁמַשָּׂן. *Sol in tenebras conuertetur*, et *luna in sanguinem*, seu in ruborem. Sanguis enim Hebraeis frequenter idem est, quod *rufus color*, vid. v. c. Gen. XLIX, 11. Sunt, qui haec tropice intelligent, nunc de *pudefaciendis astrorum cultoribus*,^{a)} nunc de *Idumaeis* (h. e. Christianis) et *Ismaelitis* (h. e. Muhammadanis) *deiciendis*,^{b)} nunc de *tollenda inter Iudeos dignitate regia*^{c)} et *sacerdotali*, ut alios taceam^{d)}; sed obstant, ut de reliquis nihil dicam argumentis, *prodigia terrestria*, quae omnes, quod quidem scio, proprio sumunt, et, nisi ineptire velint, sumere quoque coguntur. *Alii*^{e)} eiusmodi *Solis Lunaque apparitiones* significari contendunt, *quae interdiu a surgente fumo, et noctu a flagrantibus effici solent incendiis*; sed velim expendant hi interpretes, euentus tales *prodigia, quae in coelo edantur*, dici neque posse, neque etiam ab illa gente solere. Praestat itaque *eorum*^{f)} sententia, qui hic *tales Solis et Lunae conuersiones* praedici existimant, *qualis tum, quum Dominus a cruce penderet, accidit*. Constat enim inter omnes^{g)} eiusmodi *Phaenomena* ab exultis quoque populis pro portentis et magnorum euentuum prae*ludiis* haberi et semper habita fuisse. Sed quaeritur, quo Deus tem-

C 3

pore

fumus columnans, et adscendens instar baculi. Hinc intelligitur, quid sibi velit *LXX* *interpretum ὡς σιδέρη καπνῷ*, ut *baculus*, seu *virgula fumi*, ut *Vulgatus* vertit, Cant. 3, 6. pro hebr. יְמִינְתְּרוֹבָה. *d)* Sic *Raschi* ad h. l. et *Maiem* obseruante *Kimchio*. *e)* Sic ludit *Abarbenel* in *Comment.* ad h. l. *f)* Sic *Iken* in *Dissert. Phil.* p. 314. secutus *Vitrinam* in *Com. ad Apoc.* V. Quae fere etiam *Cocceii* est sententia in *Com. ad Ioel*. Vult enim *Solis Lunaque conuersionem hieroglyphice intelligi de Iudaicae doctrinae et politiae conuersione*. Vid. quoque *Ewaldi Emblem. sacra lib. II. p. 496.* *g)* v. c. *Didymum Alex.* in *Wolfi Anecd.* *Graecis* tom. IV. pag. 4. qui *de ipsis donis Spir. S.* haec interpretatur. *h)* Sic *Grotius* et *Bahrdt.* l. c. *i)* Huc in aliis pertinet *Lutherus*, et ex *Iudeis Aben Ezra* in locis saepius laud. *k)* Sic quoque *Aben Ezra* iudicat ibid.



pore haec editurus sit prodigia? Docetur id sequentibus, vbi diser-
te dicuntur futura illa esse, בָּאַת פְּנֵי priusquam venerit dies Domini
magnus et terribilis, vel conspicuus seu illustris, ut LXX vertunt INTER-
PRETES. De hoc die vehementer inter se dissentient interpretes.
Alii¹⁾ euersionem Hierosolymorum per Chaldaeos, alii²⁾ diem, quo resur-
rexit Dominus, aut³⁾ mihi coelitus promissum Spiritum, alii⁴⁾ destruc-
tionem reipublicae Iudaicae per Romanos, alii⁵⁾ exitium huius uniuersi, alii
denique duos⁶⁾, aut etiam tres⁷⁾ postremos euentus coniunctim innui existi-
mant. Nec videntur per historiam et ipsius vaticinii indolem plu-
res⁸⁾ euentus commode sumi posse. Qui ultimam amplectuntur
sententiam; coguntur tamen comma sequens de solo euentu primo, aut
secundo, intelligere, quod nimis coactum videtur. Qui quartae fa-
uent; ne habent quidem, quo comma sequens referant. Qui secundam
tuentur; habent quidem prodigia, sed non nisi secundae classis, seu
coelestia. Qui primam defendunt; terrestria quidem habent prodigia,
quae proferant, sed nulla vera coelestia. Qui tertiae denique patroci-
nuntur, pares quidem non sunt soluendis omnibus hic obuiis diffi-
cultatibus; videntur tamen laborare multo minoribus, quam reliquae
omnes. Nam primo vix dubitari potest, quin hic idem dies significe-
tur, qui etiam Malach. III, 23. praedicitur; nam eadem sunt vtro-
bique verba, nec leguntur in scripturis sacris alibi. Apud MALA-
CHIAM autem neque sermo potest esse de excidio Hierosolymorum per
Chal-

1) Sic Grotius et Cramerus cit. loc. Eodem inclinant Turretinus de Sac. Script. in-
terpr. p. 331. edit. Teller. Sociniani in Catechesi Racou. p. 228. edit. Oeder. et
ex Arminianis Episcopius in Instit. theol. pag. 198. 2) Sic Hieron. in Com.
3) Sic Luther. cit. l. 4) Sic multi v. c. Munster. in Obs. ad h. l. Gurtler. in
Theol. Proph. p. 501. et 504. Iac. Cappel loc. laud. Lightfoot. in Hor. Bahrdt.
in Ap. alii. 5) Sic Tertullian. de Ref. Car. c. XXII. Theodoret. in Com. Lyra
in Postilla, Iun. et Tremell. in Scholiis ad h. l. Crusius in Hypom. ad Theol. Proph.
part. I. p. 621. et multi alii. 6) Sic Chrysostom. hom. V. in Act. et alii veteres
testis Hieron. 7) Sic Bengel. in Gnom. N. T. et Burk. in Gnom. in XII. Proph.
Min. 8) Kimchi quidem, Abarbenel, et Iudei alii, de Gogi fratre hunc lo-
cum explicant, sed violenter. Ephraem Syrus loc. cit. euenient haec, quum ad-
scendet Gog, quemadmodum et euenit. quum adscenderet Sanherib Assyrius. Sub
Gog autem intelligit gentes, quae Iudeos mox post redditum ex Babylonia vexa-
runt; ut patet ex interpretatione Capitis mox sequentis Ieielis.

Chaldaeos; vaticinatus enim est post iam solutam captiuitatem babyl. neque de fine vniuersi; id enim non permittunt sequentia, ex quibus potius, fatente ipso GRO TIO, manifestum est, ingens et horrendum praedici exitium, quod Iudaei a Romanis experti sunt. Deinde hoc exitium multa manifesta in ipso coelo antegressa esse prodigia, IOSEPHVS de Bello Iud. lib. IV. c. IV. §. 5. et lib. VI. c. V. §. 3. edit. Hauerc. ita testatur, vt vanissimus sit, qui de ea re dubitare velit. Ad quod accedit, sic quoque comma vaticinii ultimum locum habere, qui historiae optime respondeat, vt paullo post videbimus. Laborat tamen et haec sententia difficultate duplice: prima quidem, quod ipse PETRS videtur A& II. 22. docere, praedi^cta a IOELE prodigia ex parte saltim iam ante mortem Domini accidisse; altera autem, quod prodigia a IOSEPHO commemorata praedi^cta a IOELE exacte non conueniunt. Sed utraque difficultas apparet magis, quam vera mihi videtur. Etenim quod primam attinet, quid impedit, quominus ad notata a IOELE prodigia ea quoque referamus, quae Matth. XXVII, 51-53. accidisse dicuntur? Cur autem his similium in prodigiis a IOSEPHO traditis non diserta fiat mentio; id vel propterea non mirandum videtur, quod idem illa adeo, quorum memoriam MATTHAEVS citato loco seruauit, silentio praetermisit, et praetermittere quoque suo iure potuit, si ipse, quod etiam IOSEPHI allegata loca pene suadent, tales euentus pro non insolitis, aut veris prodigiis, haberet. — Comitate ultimo docetur, quinam a magno et tremendo die Domini salvi intactique mansuri sint. — וְהִיא et erit, qui inuocabit nomen Domini. Inuocare nomen Domini, קָרְרֹא בְשֵׁם יְהוָה, quod in libris hebr. saepius ^{t)} occurrit, et a LXX INT. nunc ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου, ^{z)} nunc ἐπικαλεῖσθαι τῷ ὀνόματι Κυρίου, ^{x)} nunc καλεῖν τῷ ὀνόματι Κυρίου, ^{y)} nunc ἐπικαλεῖσθαι τῷ ὀνόματι Κυρίου, ^{b)} nunc καλεῖν τῷ ὀνόματι Κυρίου, ^{c)} nunc denique βοῶν τῷ ὀνόματι Κυρίου, ^{d)} verti-

^{t)} Vicies et bis, vt mox sequentia loca docent. ^{u)} Sic Gen. 4, 26. et 13, 4. et 21, 33. et 26, 25. Ps. 79, 6. et 116, 4. 13. et 105, 1. Joel. 2, 32. Zeph 3, 9. Sach. 13, 9. Ier. 10, 25. Es. 64, 6. ^{x)} Sic Gen. 12, 8. ^{a)} Sic Ex. 33, 19. et 34, 5. et Es. 41, 25. ^{b)} Sic 1 Reg. 18, 24. ² Reg. 5, 11. 1 Chr. 16, 8. ^{c)} Sic Es. 65, 1. ^{d)} Sic Es. 12, 4.



vertitur, (quae verbis quidem, sensu autem nequaquam, differunt) idem est, quod agnoscere eum, qui in scripturis sacris eminenter יהוה, seu DOMINVS, dicitur, et profiteri pro eo, qui solus adorandus sit propterea, quod suis propiciat, et eorum preces exaudiat, ut patet ex locis his: 1 Reg. XVIII, 24. et 36. Esa. LXIV, 6. et LXV, 1. Sach. XIII, 9. Psal. LXXIX, 6. et Ier. X, 25. non obstante Esa. XLIV, 5. aut XLIII, 1. et XXV, 3. vbi planum est, de DOMINO non sermonem esse. Haec DOMINI professio inde a MOSIS temporibus Israelitis ita fuit propria, ut interdum in scripturis sacris DOMINI nomen inuocare, et sacra profiteri Israelitica vnum idemque sit. v. c. Psal. LXXIX, 6. et Ier. X, 25. Quem tamen sensum verba hic loci non habent, quia tali consuetae DOMINI professioni tuendi aut saluandi vis nusquam in scripturis tribuitur. Praedicatur autem a Prophetis aliis tempus, quo Iudaei, DOMINI professione missa et repudiata, hoc ipso verae fidei et pietas studio se a gentibus superari passuri sint, vid. Esa. LXIV, 6. et LXV, 1 etc. coll. Sach. XIII, 9. Quod teste historia euenit tum, quum repudiarent eum, qui, ut Dauid clare praedixerat, DOMINI nomine et auctoritate instrutus, venturus erat, Ps. CXVIII, 22-26. coll. Matth. XXIII, 39. et XXI, 42. hancque DOMINI inuocationem esse, quam Deus hic commendet, PAULLVS clare docet ad Rom. X, 13. Vim autem huius locutionis et disserimen a videre faciem Domini, nemo, quod quidem scio, verius disertiusque exposuit LVTHERO nostro in Comment. ad h. l. — יְהוָה σωθήσεται latum quidem in libris V. T. usum habet; hic tamen, ut saepius alibi, effugiendi, seu elabendi, sensu sumitur, docente nexu. Promittitur itaque: DOMINI professores cum reliquis incredulis non perituros esse, sed seruatum iri; quod suis ipse DOMINVS in vaticinio de fatis Hierosolymorum ultimis iisdem verbis promisit, Matth. XXIV, 22. coll. 16. Ab his autem longe diuersa sunt, quae Hierosolymitanis, Chaldaeorum gladio elapsis, Ezechiel c. V, 3.4. et Iermias c. XLII, 17. minari iubentur. — Caussa additur haec: כי בחר nam in monte Sion et Hierosolymae erunt, qui euadent. Sionis mons et Hierosolyma princeps olim sacrorum Israeliticorum sedes fuit. Hic tamen non sedes ipsa, sed sedis incolae, seu ipsi Israelitae, per metonymiam

מיאם intelliguntur, poscente mox sequente וּבְשָׁרִידִים. Optime RE-
TRVS Act. II, 39. ^{e)} hunc ipsum locum spectans: οὐδὲν γάρ ἔτιν ή ἐπαγ-
γελία ηγή τοῖς τέκνοις ήμᾶν, h. e. Iudaeis, seu Israelitis, natis. —
כִּאֶשֶׁר אָמַר recte DATHIVS cum aliis: quemadmodum promisit DOMINVS, pla-
ne vt Luc. I, 55. καθὼς ἐλάλησε πέρι τῆς πατέρεως ήμᾶς, bene monente
BAHRDTIO in App. ad h. l. Talis promissio habetur Esa. XXXVII, 32.
sed magis probabile est, spectari hic, vt Luc. I, 55. promissa, patribus
olim data diuinitus de seruandis ipforum posteris. Vnde PAVLLO Iu-
daeui ad Christum conuersi λείπουσα κατ' ἐκλογὴν χάριτος dicuntur ad Rom.
XI, 5. Christo autem aduersantes κατὰ μὲν τὸ ἐναγγέλιον ἐχθροὶ δι ήμᾶς
(propter gentes), κατὰ δὲ τὴν ἐκλογὴν αὐγαπτοὶ διὰ ΤΟΥΣ ΠΑΤΕΡΑΣ,
audiunt, ib. com. 28. Sequitur וּבְשָׁרִידִים — Vocabulum ^{f)} שְׁרוֹד
Arabibus proprie *profugum* et *extorrem* significat; qui potior quoque
in sacris literis huius vocis usus est. vid. Ios. X, 20. et 28. Thr. II,
22. et Ier. XXXI, 2. coll. Ezech. VI, 8. item Obadj. 14. coll. Deut.
XXIII, 16. Sic CHALDAEVs quoque et SYRVS nostrum locum intelle-
xerunt. Videntur tamen vi oppositi non Iudei, aut Israelitae, intel-
ligendi, quod quidem placet HIERONYMO in Comment. ^{g)} sed gentes ^{h)}
potius αἰπηλοτρομένοι τῆς πολιτείας τῆς Ἰσραὴλ, ηγή ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς
ἐπαγγελίας, vt PAVLLVS habet ad Ephes. II, 12. aut oī eis μακεῖν, vt PE-
TRVS nostrum locum manifesto explicat Act. II, 39. aut ἄλλα πρό-
βατα,

e) Bahrdt. I. c. p. 146. locum sic interpretatur: *in monte Sion*, ait, h. e. professori-
bus *Messiae fatus et erexitio speranda solis erit*. Nam *Sion*, i. e. *Hierosolyma*,
ponitur hoc loco pro metropoli christiana. Sed scirem, vnde hoc probauerit; prae-
fertim cum disertae interpretationi Petrinae, quam tamen *Vir Doct.* non spernit,
haec parum conueniat sententia. f) In vertenda hac voce valde fluctuant inter-
pretes. *Dathius* v. c. in prima verl. reddidit: *reliquos*; in altera: *superflites*.
Bahrdt. vel *posteros*, vel *post calamitates residuos*, vult intelligi. g) Idem in
Comment. ad h. l. tradit: *Iudeos SARIDIM loci nomen existimare*. Cuius rei
causa procul dubio haec est, quod hoc vocabulum monti Sionis et Hierosolymae
respondere, recte crederent. *Talmudistae* autem in locis omnibus supra laud. lon-
ge aliam fuent sententiam, et plane contrariam. Docent enim repetita vice, hoc
ex loco constare, שְׁרוֹד in scripturis sacris idem quod h. e. eruditum,
seu legis peritum, esse. h) Sic quoque *Luther*. I. c.



Βατας, & ὅπερ εἰσιν ἐκ τῆς ἀυλῆς τάυτης, vt loquitur DOMINVS Ioan. X, 16.
 — **— יְהוָה אֱשֹׁר** *quos DOMINVS vocabit.*ⁱ⁾ Sic optime vertitur Act. II, 39. *Iudei et Israelitae* diu ante Christum ad regnum Dei vocati fuerant disertis promissis diuinis et vaticiniis quam plurimis; *Gentes* autem ad ciuitatem Israeliticam, seu ad regnum Dei, tunc demum vocabantur, quum ingrati Iudei oblatam, quam Deus maioribus promiserat, gratiam repudiassent, docente *ipso* DOMINO Matth. XXI, 1 - 10. Hinc PAVLLVS: λέγω δὲ Χριστὸν Ἰησὸν διάκονον ψεγενῆθας περιτομῆς ὑπὲρ αἱλιθείας θεός, εἰς τὸ βεβαιῶσα τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων. τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέες δοξάσας τὸν Θεόν. ad Rom XV, 8. 9.^{k)}

Sed usus fert, et consuetudo, vt pedem hic sistamus, persecuti reliqua alio, si Deus coeptis votisque annuerit, tempore. Speramus quoque fore, vt vel solae hae propositae obseruationes piis et eruditis mentibus sufficiant ad intelligendum, quomodo de Ioeлиis vaticinio, et per hoc de ipsa illa re, cuius nos memoriam hodiernis solemnibus, piorum maiorum more, renouamus, iudicandum sit. Aemulamini itaque, CIVES OPTIMI, optimorum maiorum gratissimum in Deum animum, nec dubitate, beneficium maximum, quod Deus O. M. impletis tantis promissis, in nos et vniuersum genus humanum, per Dominum nostrum Iesum Christum, liberaliter contulit, eadem, qua illi, pietate nobiscum prosequi. P. P. in Acad. Vitebergensi ipsis sacris Pentecost. An. CICIO CCLXXXII.

ⁱ⁾ *Rashi* in Com. vim huius locutionis bene explicat, approbante quoque *Drusio*. Docet enim intelligentiam de iis esse, qui ad conuiuium inuitentur; quae sententia cum Parabola Domini Matth. 21, 1 - 10. pulcre congruit. *Grotius* contra ex Ier. 32, 23. perperam cogit, vocare hic idem, quod *definire*, esse. *Dathius* in prima edit. nec non reliqui, quos *Ioua* vocabit; in altera: et *superflites* quidam, quibus fauebit, fecutus, vt videtur, *Bahrdtium*. Illud procul dubio melius. ^{k)} Bene *Burkius* laud. loc. Quos vocat Dominus, *Antitheton* ad dixit. *De Zione et Hierosolymis* dixerat Dominus et promiserat expresse. *De ceteris* vocatio est liberrima.

VITE BERGAE
LITERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRIL.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn823893901/phys_0038](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823893901/phys_0038)

DFG

stur. Ille e N. T. quaedam attulit loca. Nec
potio vocabulorum τε οὐς τε αὐθεωπες de Christo
sibique familiarissima, quod Pharisei eum fili-
profitebantur. Reliquum est, vt pauca dicam ad
viam tum verbi αιων Xenophonti κυριος παιδιας lib.
τη temporis vitae visitati: καλλιον καη ηδιον τον αιωνα
n familiaris Iudeorum loquendi rationis 8τε εν
τε εν τω μελλοντι, quam Marcus loco citato per 8η
σ τον αιωνα αλλ ενοχος 85ιν αιωνις ηριστεως interpretatur.
libris Sacris non infrequentem etiam exprimunt
nas graues dabit. Itaque difficile est dictu, Chri-
tianionem Iudeorum tetigisse, se partem in altera
uant, habituros. Varias significationes vocum
αιων μελλων, Ebraeorum עולם הזה atque
n, enumerat Meuschenii N. T. e Talm. illust. &
comment. in Ep. Pauli ad Eph. exc. 1. Totum
transfero: si quis hominibus probra obiicit, faci-
habitetur illi: at qui in signa diuina maledicita dicit,
impune faciet; quod in exemplo Pharaonis cerni

